

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

---

§. 94. Gregorii XIV. Papæ obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul. XVI. vero Calatensem agrum pertransiens,  
A.C. 1591. Calidobecum, arcemque Augensem oc-  
cupavit, ac demum die undecima No-  
vembris Rothomagum obsidere cœpit,  
Rege autem ad castra delato, die ter-  
tia Decembris urbis Præfектus, atque  
Ædiles ad ditionem per Fecialem  
provocabantur, sollicitati, ut Henri-  
cum tanquam Regem suum veneraren-  
tar. Prælegebatur Regis epistola præ-  
sente Gubernatore primo in Urbis Præ-  
torio, ac postea in Senatu, nihilominus  
una omnes petulanter respondebant,  
tali hospite, qualis esset Navarræ Rex,  
ipsis minime opus esse: accepto hoc  
responso quantocius Rex obsidionales  
fossas aperiri, ac tormentorum fugi-  
stus erigi jussit: verum Mense Augusto  
anno sequenti obsidionem solvere coge-  
batur.

### §. XCIV.

#### *Gregorii XIV. Papæ obitus.*

Cum jamjam exercitus, quem sum-  
mus Pontifex in foederatorum open-  
in Gallias transmittere parabat, du-  
ctore Monte - Marciano Duce Virodu-  
num adventasset, atque ad expeditio-  
nem bellicam fese paratum teneret, in-  
opinato nuntio summi Pontificis obitus  
innotuerat; hic enim, cum saepius re-  
currentibus morbis, acutissimisque do-  
loribus

Ioribus vexatus esset, jam ab aliquo <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
tempore graviorum negotiorum curam <sup>A.C.1591.</sup>  
potissima ex parte Sfondrato Nepoti suo  
committere cogebatur, exeunte autem  
Mense Septembri adeo excreverat ma-  
lum, ut de ejus vita conclamatum cre-  
deretur, postea tamen paululum con-  
valuit, quamvis continua languo-  
ribus absumeretur, adeo, ut die quar-  
ta Octobris vitæ suæ finem appro-  
pinquare præsentiens omnes Cardinales  
adesse jussit, ubi oculi in lacrimas dif-  
fluentibus ita inquiebat: „iuvitum me  
„summa Ecclesiæ dignitate honorastis,  
„attamen adeo excelsum munus ea,  
„qua par esset, sollicitudine administrare,  
„gravissimis meis insirmitatibus præpe-  
„ditus sum, hinc rogo vos, ut meam  
„negligentiam excusatam habere veli-  
„tis: de cetero commendo vobis Ec-  
„clesiam, meosque Neptotes: porro gra-  
„tum mihi obsequium præstabitis, si  
„me adhuc vita superstite Successorem  
„eligere velletis..” Verumtamen Car-  
dinales, cum ejus morbum adeo pe-  
riculosum haud crederent, dilaudata  
illius sollicitudine eum hortabantur, ut  
unice suæ Valetudinis curam habere  
vellet: ast ipse die decima quinta ejus-  
dem Mensis anno ætatis suæ quinqua-  
gesimo septimo, Pontificatus autem  
sexto Mense, decimoque die animam  
Deo

Sæcul. XVI. Deo reddidit. Postea vigesima quinta  
A.C. 1591. Octobris die justis de more persolutis  
 Vincentius Blesius Garzias oratione  
 funebri defuncti Pontificis merita com-  
 mendabat.

## §. XCV.

*Varia Gregorii XIV. Papæ di-  
plomata.*

*Bull. t. 2.  
pag. 736.  
Vitæ add.  
ad Ciac. t. 4.  
pag. 217.* **G**regorius XIV. plura edidit diplo-  
 mata, quæ huc referre haud in-  
 viciuntur. consultum erit: eorum primo die  
 decima nona Decembris Annō Sa-  
 latis nostræ millesimo quingentesimo  
 nonagesimo confirmabat Pii V. Consti-  
 tutionem, qua bona Ecclesiastica, op-  
 pida, arces, & loca ad sacram Roma-  
 nam Ecclesiam pertinentia alienare, vel  
 in feudum dare inhibetur.

II. Constitutione, quam die decima  
 octava Februarii Anno post Christum  
 natum millesimo quingentesimo nona-  
 gesimo primo edidit, Gregorius XIV.  
 declaravit, quod Congregatio Clerico-  
 rum Regularium Minorum, omnibus gra-  
 tiis, prærogativis, & privilegiis Congre-  
 gationis Clericorum Regularium Theatino-  
 rum perfruatur.

III. Diplomate die decima quinta  
 Martii facta est moderatio, duarum Con-  
 stitutionum Sixti V. super receptione No-  
 vitiorum illegitimorum ad Ordines Regula-  
 rii,